



fortior ceteris habebatur. quia eum sp̄s dñi dirigebat.  
 Quo duce. solus alienigenarum fugabat populos; Nunc  
 leonem. morsu Inviolabilis. fortitudine Insuperabilis.  
 disceptum manib. diuidebat. v̄tinam tam cautus ad  
 seruandam gratiam. quam fortis ad superandam bestia.  
 Et fortasse hoc non solum virtutis miraculum. sed etiam  
 sapientiae mysterium. profetiae oraculum fuit;  
 Neq. enim otiosum videtur. quod cum tenderet ad mis-  
 terium nuptiarum. leo rugiens occurrit ei. quem mani-  
 bus ille discepit; In cuius corpore. conubio potiturus  
 optato. congregationem apum repperit. & mel sustulit  
 de ore eius. quod patriedendum tribuit & matri.  
 Habebat gentium populus mella. qui credit; qui cor-  
 pus feritatis erat ante. nunc xpi e. Nec ipsa vacat  
<sup>.i. p. ble ma.</sup> questio sacramentis. quam proposuit sodalibus suis dicens.  
 De edente exiit esca. & de forte exiit dulce. Deniq. eo  
 vsq. myfica. v̄t tribus diebus reuelatio quereretur.  
 Quae non potuit. nisi per fidem ecclesie. die septima. con-  
 platio legis tempore. post passionem dñi reuelari; Sic  
 enim habes. quia & apostoli ideo non intellegebant.  
 quia ih̄s nondum fuerat honorificatus. Quid inquit